

# CLARISSIMO EI-

DEM Q VE DOCTISSIMO VIRO

PHILIPPO BUCHAMERO, REVEREN,

dissimi domini D. Alberti Cardinalis & Archiepi

scopi Moguntini Medico, Ioannes

Sichardus.



R A E T E R multas, easq; nec obscuras quidem, nec ita paruas summæ cum benevolentia, tum uoluntatis erga me tuæ significationes, ornatissime uir, cum nō desinas me apud ALBERTVM Reuefendissimū Cardinalem, eundemq; clementissimū principem patroñum meum & uerbis quām potest fieri honorificentissimis cohonestare, & tuis subinde muneribus ornare, efficiis planè ut quo me uertam nesciam; dum identidem dispicio, qua in resi non beneficiorū in me tuorum cumulum, hoc saltē assequar, quod bona interdum nomina solent: ut scilicet dum soluen do non sum, uel ingenua debiti professione non feram tacitum, quantū tibi uiro inter eruditissimos optimo, inter optimos uero etiam eruditissimo debeam. Cui rei documēto uelim sit hæc qualiscunq; inscriptio: Neq; enim memoria excidit, quām tu grauiter uereq;, si quis nos casus in eum sermonem adduxisset, queri soleres, nullam studiorum partem & que nostratempestate iacere, ac eam ipsam quā olim cum maximis presidijs, tum summis ingenij excultam, nisi deus alius quis rebus humanis iniquior inuidisset, non esset cur tanto negotio disceremus, & experimēta per mortes, ut ille dicit, caperemus, impudentissimorū interim circulatorū personas inuentores, qui cū diuinis hīl scire didicerimus, tandem audacia pro sapientia uis carnificinā quandam uerius, quām medicinam in uita cōmuni exerceamus. Nam sic ferē comparatum est, ut quo quidq; ad uitam mortalium plus adferat adiumenti, hoc capitalius obfit, si aut parum rite tractetur, aut alio quām institutum est modo. Nunc quis ulla religione ad hoc opus accedit? aut quotus demum quisque ex ipsis fontibus haurit? Im̄d, ut apertius dicam, quid huius rei omnino reliquum est dignum lectu, quod non palam ausis cum negligenter, tum & inscitia damnare? Nisi unum dicas Hippocratem, aut Galenum ex Græcis, Latinis uero Cor: Celsum & Plinium. Quos tamen sic legunt ple- ricq; tanquam plus allatueros momenti eloquentia studioso, quām ei qui sit rei medicæ destinatus. In Plinio uero audent etiā nihil dissimulantes in ore habere tragicum illud: o cœlum, o terra. Cum quibus non admodum contenderim, qui repertis frugib; malint tamen cum Gryllo in glandium usu consenescere. Hoc uero subit mirari, qui fiat ut tam grauate in medicorū album recipiant, ut quoscū uiderint tersissime locutos, eamq; ob causam numero eximant, qua uel imprimis digni fuerant, mea sententia, ut locū acciperent. Quod si aliquo pacto possent ab interitu reuocari Diocles, Asclepiades, Euryphon, Demetrij Appameus & Attaleus, Democritus, Erasistratus, Chrysippus, Empedocles, Zenon, Erophilus, Asclepius, Antipater, Heraclides Tarentinus, Menecrates, Praxagoras, Mnaseas, Herodicus, Milesius, Parmenides, Niceratus, Themison, Proculus, Soranus, Serapion, Apollonij Memphites Citionis & Glau- cus, Philistion, Thessalus, Tryphon, Socrates, Nicander, Philotimus, Lusius, Euenor, Cassius, Clodius, Bachius, Silimachus, quos ferē autores habet Cælius

a 2 Aurelianus,

AD PHILIPPVM BUCHAMERVM PRAEFATIO.

Aurelianus, quid putamus nonnullos habituros quod dicerent? Te uero dignū  
planē qui tanti Princis sis curam sortitus, amare nā uehemēter debo, qui ex  
cōmentarijs nostratiū, uelut ille aurum ex stercore cum selegeris, tantā omniū  
literarum cognitionem huic studio intulisti, quanta potest in huius ordinis ho-  
mine uideri maxima, & ob hoc planē idoneus qui Cālij nostri patrocinium su-  
scipias, siquidem recte dictum sit antiquitus, patronum causis plerunq; esse ar-  
gumento. Quis enim aut rectius contra uitiligatores defendet, quām is in cuius  
iam manu uelut mancipio esse Cālius incipit: aut libētius, cum iusto sacramen-  
to confirmare tibi ausim, huius generis nihil omnino apud Latinos extare, stu-  
dio, diligentia, fide pari tractatum. De cuius tamen uita non satis quod in præ-  
sentia dicam occurrit, nisi quod cognomento satis diuinare licet Afrum fuisse.

Cælius Aureli: quod ipsum per se, uel tacente me, ipsa satis dictio clamat. Ut autem Galeno Siccensis. Plinioq; maiorem credam, facit diligens illa seu in refellendo, seu in astruen-

do uesterum autorum commemoratio, haudquaquam præteritus eos si per statem meminisse potuisset. Hoc uero peculiariter sibi sumpsisse uidetur, ut grecæ literaturæ suis cognitionem commendaret, dum sic Græcis omnia acceptum refert. Quæ res sane nobis summā attulit difficultatem, ut facile nos ab editiōnis consilio depelleret, dum antiquissima quæc; huius professionis, uel honorū librorum inopia, uel temporum inficitia obsoleuerunt, nisi operam nobis suam strenue Ioannes Cornarius nauisset, uir non modo medicæ rei, uerum omnium literarum, quæ quidem sint libero homine dignæ, doctissimo. Edidit autem, ut ipse testatur Responsionū, quibus chirurgiam tractat, Muliebrium passionum, Græcarum epistolarū ad Prætextatum, Adiutoriorum, Medicamītū, Celerum passionum libros, qui tamē temporum iniuria interciderunt, qui nobis casus propemodum & hos ipsos libros eripuisseq; iam ad interitum spectantes, nisi in lucem nobis afferuisset uir cum splendore uitæ, tum literarum studio præditus

**Oribasius.** incredibili<sup>m</sup>, Philippus Furstenbergius Consul Francofurtiensis. In Oribasio autem cum multa deprehendissimus deprauata, usu tamen ac ueluti prescripti- one quadam longi temporis usurpata, non libuit immutare, ne pandectarum di gnitate eleuaremus, quarum cum bona pars ex Oribasio sit conflata, tum eius loci apud nostrā tempestatis medicos, ut non secus atq; oraculum, sic ubi scrupulus inciderit, ad eas configuant. De quo ne plura dicam Suidas facit, cuius hæc sunt de Oribasio uerba: Ορίβασιος ορθόδιος γνώσμος ἡγεμονὸς τοῦ θεατρίου, καὶ μάστιχας τοῦ αὐτοῦ λαταρασίας λευκατίνης πόλεως. Ἡράκλεις πρὸς τοῦ αἰετούντας τῷπερ ιερῷ βιβλίῳ δι. πρὸς ιερατεῖς βιβλίῳ οβ. ιερεῖς αὐτοῦ εἰς βιβλίον δι. πρὸς εὐσέβειαν τοῦ ιησοῦ. καὶ πρὸς βιβλίον, καὶ πρὸς παθη-

Habes igitur, clarissime uici, sicuturam hanc apud nos proxime renatam, amici erga te mei testimonium, qua si tibi emunctissima naris uiro satisfacio, uici: hoc enim uel maxime studiu:rum si qua ad medi-

Vale & Principi me nostro diligenter etiam

*n cōmenda. Basíl*

August, Anno

M. D. xix.

卷之三